Si is, qui liberam vendidit, eam evincat in libertatem.

25. Iidem AA. & CC. Saturninæ.

SI tibi liberam Saturninus, conditionem ejus ignorans distraxit, ac nunc eam defendit in libertatem, hac libera pronunciata, venditorem vel ex stipulatione duplæ, quantum [1] in hanc deductum est, vel empti [2] actione, quanti [3] tua interest, convenire potes. S. Idib. Febr. AA. CONSS.

De rei interitu.

26. Iidem AA. & CC. Neoni.

SI quis tibi servum vendidit, postquam is rebus humanis exemptus [4] est, cum evictionis periculum finitum sit, a te conveniri non potest. S. 2. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

De scientia, vel ignorantia emptoris.

27. Iidem AA. & CC. Theophilo.

SI fundum sciens [5] alienum, vel obligatum comparavit Athenocles, neque quicquam de evictione convenit [6]: quod eo nomine dedit, contra [7] juris poscit rationem. Nam si ignorans, desiderio tuo juris forma negantis hoc reddi refragatur. S. 15. Kalend. Octobr. CC. CONSS.

Quibus defensionibus emptor uti potest.

28. Iidem AA. & CC. Maximiano, & aliis.

EMptori etiam venditoris [8] jura prodesse non ambigitur. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quæstio: tam propriis quam venditoris defensionibus uti poteritis. S. 3. Non. Octobr. * *Scuppis*, CC. CONSS.

De permutatione.

29. Iidem AA. & CC. Rheso.

SI permutationis [9] gratia prædia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: his, quæ in eorum vicem accepit, posteaquam ad defensionem fuerit denunc tum [10], vel cum eorum non haberet facultatem, evictis, quanti [11] interest, eos conveniri posse, rationis est. S. Idib. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De stipulatione duplæ, & probatione malæ fidei emptoris.

30. Iidem AA. & CC. Hastio.

NOn [12] ex eo quod duplum [is] qui a matre [tua] mancipium comparavit, evictionis nomine stipulatus est, alienæ rei scientia convincitur: nec opinio ejus ex hoc lædit ur, ut malæ fidei emptor existimetur. Aliis itaque hoc indiciis, si vis, probare debes. S. Id. Decembr. AA. CONSS.

De herede fidejussoris.

31. Iidem AA. & CC. Agathoni.

HEredem [13] fidejussoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factum ejus, cui succesit, ex sua persona dominium vindicare non impedit: scilicet evictionis causa durante actione. S. 18. Kal. Jan. CC. CONSS.

TIT. XLVI.

CREDITOREM EVICTIONEM [PIGNORIS [14]] NON DEBERE.

Creditor vendens jure creditoris rem, quam putabat esse debitoris, non tenetur de evictione, nisi expresse promiserit.

1. Imp. ALEXANDER A. Publicio.

CUm jure [15] creditoris propter fisci debita prædium obligatum Procurator meus venundedit, evictio non debetur: quia & privatus creditor eodem jure utitur: nisi nominatim hoc repromissum a privato fuerit creditore. Si tamen fiscus in jus alterius creditoris succesit, emptori non justa nomine fisci movetur controversia: sive quia potior fuerat, quando vendebat, sive quia infirmior: quoniam hoc [16] utique præstare debet, qui pignoris jure vendit, potiorem se cæteris esse creditoribus. PP. 15. Kalend. Novemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Creditor vendens jure pignoris, tenetur de evictione duobus cassibus, scilicet quando expresse se obligavit de evictione, item quando mala fide contraxit. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Sabinæ.

SI a creditrice jure pignoris fundos obligatos pater tuus comparaverat: evictis prædiis ita demum petitionem adversus creditricem habere jure potes, si [17] vel cum vendidit, de evictione rei promisit: vel etiam dolo malo, cum sciens, prudensque esset rem sine [18] vitio non esse, eam patri tuo, cui succesisti, venundedit. Nam sicuti genus hujusmodi contractus inscium creditorem vinculo evictionis non adstringit: ita eum, qui fraudem admisit, vel decepit, non excusat. PP. 7. Id. April. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

TIT. XLVII.

DE PATRIA [19] POTESTATE [20].

De longi temporis præscriptione.

1. Impp. ANTONINUS & VERUS AA. Titio.

SI filium tuum in potestate tua esse dicis, Præses provinciæ æstimabit, an audire te debeat: cum diu passus [21] sis, ut patrisfamilias res ejus agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt. PP. sine die & consule.

De verum dominio.

2. Imp. ANTONINUS A. Maroniæ.

EJus, quod in potestate patris agens habuisti, dominium [22] ad patrem tuum pertinuit, extra ea, quæ non acquiruntur. PP. 15. Kal. Mart. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De jure alienandi, de castigatione.

3. Imp. ALEXAND. A. Artemidoro.

SI filius tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare [23] non potuit. Quem, si pietatem [24] patri debitam non agnoscit, castigare [25] jure patriæ potestatis non prohiberis: acriore remedio usurus, si in pari contumacia perseveraverit; eumque Præsidi [26] provinciæ obtaturus [27], dicturo sententiam, quam [28] tu quoque dici volueris. PP. 6. Id. Decemb. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

De controversiis & injuriis. De reverentia matri præstanda.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Calæ.

COngruentius quidem videtur, intra [29] domum inter te ac filios tuos, si quæ controversiæ oriuntur, terminari. Sed si ita res fuerit: ut [pro] injuriis eorum & ad jus experiendum, & ad vindictam processerit, aditus Præses [30] provinciæ super disceptationibus quidem pecuniariis consuetum exerceri jubebit ordinem juris: reverentiam [31] autem debitam exhibere matri filios coget. Et si provectam ad inclementiores injurias improbitatem deprehenderit, læsam [32] pietatem severius [33] vindicabit. PP. 15. Kal. Jun. ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

De reverentia & alimentis.

5. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. Donato.

FIlia tua non solum reverentiam [34], sed etiam subsidium [35] vitæ ut exhibeat tibi, Rectoris provinciæ auctoritate compelletur. PP. Kalend. Mart. DIOCLET. III. & MAXIMIANO, AA. CONSS. 287.

De abdicatione.

6. Iidem AA. Hermogeni.

ABdicatio [36], quæ Græco more [37] ad alienandos liberos [38] usurpabatur, & ἀποκήρυξις [39] dicebatur, Romanis legibus non comprobatur [40]. PP. 17. Kal. Decemb. MAXIM. A. II. & JANUARIO, CONSS. 288.

De nepote ex filio milite.

7. Iidem AA. & CC. Duplianæ.

SI maritus tuus, licet [41] militans, in patria potestate constitutus filium [ex] legitimis fuscepit nuptiis, eum in potestate avi perseverasse non ambigitur. S. 2. Non. April. CC. CONSS.

De filiis libertinorum.

8. Iidem AA. & CC. Æmilianæ.

LIbertos [42] exemplo ingenuorum filios suos post libertatem ex legitimis nuptiis natos, in potestate habere non est prohibitum. S. 16. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

Si filius esse negetur.

9. Iidem AA. & CC. Niconagoræ.

NEc filium *Negare* [43] cuiquam esse liberum, Senatusconsulta [44] de liberorum cafitigatio.

1 Vid. *l.* 74. *ff. b. t.* 2 Vid. *l.* 6. *l.* 21. *supr. h. t.* 3 Vide *l.* 9. *supr. h. t.*
4 Re ante litem perempta cessat evictio. *l.* 21. *ff. h. t.* 5 Malæ fidei emptor de evictione actionem non habet. Non datur ei de evictione actio, quia sciens prudens fundum alienum comparavit, nisi evictio specialiter fit promissa. *ad hæc. l.* 7. *in fin. supr. commun. utr. judic. l.* ult. 8. 4. *supr. comm. de leg.* 6 *d. leg.* 7. *l.* 4. 8. 5. *ff. de dolo malo & met.*
7 Imo non contra. *l.* 1. *supr. si vend. pign.* 8 Jus venditoris emptori prodest. *ut hic. & l.* 76. 8. 1. *ff. de contr. empt. l.* 156. 8. 2. 3. *ff. de reg. jur.* & e contra, præscriptio emptoris venditori prodest. *l.* 19. *supr. h. t.* 9 Permutanti debetur evictio. *l.* 1. *in fin. supr. de rerum permut. act.* facit *l.* 4. *in fin. supr. h. t.* 10 Adde *l.* 8. *supr. h. t.*
11 *l.* 9. *supr. h. t.* 12 Stipulatio duplæ propter evictionem, non arguit emptorem malæ fidei, *ut hic.* Præsumitur bona fides in possidente, vide Alciat. *præsumpt.* 5.
13 Exceptio est ad *l.* 11. 3. *h. t.* eo sensu, In fidejussoris herede cessat regula, Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l.* 17. *ff. h. t.* si nomine proprio spsit.
14 Hæc vox superest in editione Haloandri. 15 *l.* 11. 6. 16. *ff. de act. empt. l.* 10. *ff. de distract. pign. l.* 50. *ff. de evict tamb.* 16 Creditor jure pignoris vendens, potiorem se cæteris creditoribus esse præstat, at non evictionem. adde *l.* 11. 8. 15. *ff. de act. empt.* 17 Creditor rem jure pignoris vendens, de evictione teneri potest ex pacto: aut si mala fide contraxit, tacendo rem esse alterius, Græci ita hunc locum reddunt. Qui pignus, aut creditoris emit, non recte de evictione agit: nisi de hoc convenerit, aut dolo facta fit venditio: tunc enim agitur. *Syn. Bas.* 25. *tit.* 7. *c.* 62. 18 Id est, obligatam. *l.* 11. 8. 16. *ff. de act. empt.* Vitium rei ipsius rei obligatio.
19 Adde *Novell.* 81. *l.* 11. *ff. de liberis & posthum.* 20 *L.* 1. *Inst.* 9. & 31. *Eclog.*
1. *cap. περὶ ὑπεξουσίων.* 1. *cap.* 2. 8. *ult.* 21 Liberatio potestatis præcribitur. Diutina patientia pro veritate est. 22 Filius in potestate patri adquirit dominium rerum omnium exceptis castrensibus, *ut hic.* bonis adventitiorum nudum usumfructum. *l.* 6. *l.* 8. *supr. de bonis, quæ liber.* 8. 1. *in fin. Inst. per quas personas cuique adquiritur.* 23 Filius res patris alienare non potest. 24 Pietas patri debetur. 25 Patri permissa est

partu agnoscendo, ac denunciata [1] pœna, item præjudicium [2] Edicto perpetuo propositum, & remedium [3] alimentorum apud Præsidem majori trimo [4] petenti [5], nomine ejus monstratum, jure manifesto declarant. S. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

De libertate, de jure vitæ & necis.

10. Imp. CONST. A. ad Maximum P. U.

LIbertati [6] a majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus [7] vitæ in liberos, necisque potestas [olim] erat permissa, libertatem eripere [8] non liceret. Dat. 15. Kalend. Jun. *Thessalonicæ*, SEVERO & RUFINO CONSS. 321.

TIT. XLVIII.

DE ADOPTIONIBUS [9].

Apud quem *adoptari potest.*

1. Imp. GORDIANUS A. Martiæ.

HI, qui in aliena potestate sunt, juxta jus civile non nisi apud eum apud quem plena legis [10] actio est, adoptari possunt. PP. Kalend. Jun. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De impuberis arrogatione. Apud quem arrogatur.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Timotheo.

IMpuberem [11], quem ad vicem [12] naturalis fobolis arrogare [13] desideras, si hi, qui sanguinis [14] necessitudine [tibi] junguntur; id ei expedire apud Præsidem provinciæ confirmaverint, filium habebis: ita ut bonorum tuorum quarta [15] pars tam in posterno judicio tuo, quam si a te emancipatus fuerit, ei præbeatur, & super patrimonio ejus idoneis fidejussoribus [16] datis fervo publico [17] caveatur: ne sub copulandæ adoptionis obtentu, in facultates ejus, quæ ei diligenti provisione servandæ sunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud Prætorem vel Præsidem intimata, ac si per populum [18] jure antiquo facta esset. PP. 5. Id. Mart. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De arrogatione liberti.

3. Iidem AA. Martiano.

CUm eum, quem arrogaveris, libertum [19] tuum esse profitearis, nec ullam idoneam causam precibus addideris, id est, *Quod* [20] *liberos non habeas*: intelligis juris auctoritatem desiderio tuo refragari. PP. 16. Kal. Jul. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Quomodo *fit adoptio.*

4. Iidem AA. & CC. Proculiano.

ADoptio non [21] tabulis [22], licet per tabellionem [23] conficiendis, sed solenni [24] juris ordine apud Præsidem solet copulari. PP. Kal. Sept. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De fœminis.

5. Iidem AA. & CC. Syræ.

MUlierem [25] quidem, quæ [26] nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. Verum [27] quoniam in [28] solatium amissorum tuorum filiorum, privignum [29] tuum cupis vicem [30] legitimæ fobolis obtinere: annuimus votis tuis, fecundum ea quæ annotavimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ac vicem naturalis legitimique filii habere permittimus. PP. 3. Non. Decemb. *Triballii*, TYBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Quomodo *fit arrogatio.*

6. Iidem AA. & CC. Meliano.

ARrogationes eorum qui sui [31] juris sunt, nec in Regia Urbe, nec [32] in provinciis, nisi [ex [33]] rescripto principali fieri possunt. PP. 6. Non. April. *Byzantii*, CC. CONSS.

Si quis adoptetur a cive alterius civitatis.

7. Iidem AA. & CC. Attico.

IN adoptionem quidem alienæ civitatis [34] civi recte dato additur [35], non mutatur patria [36]: ac propterea jus originis in honorum ac munerum obsequio per adoptionem non minui perspicis. S. 11. Kalend. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

Si patronus adoptet filiam libertæ.

8. Iidem AA. & CC. Ifioni.

IN adoptionem patre, in cujus est potestate, filiam dante, matris [37] patronus adoptare non prohibetur. Nam sui juris arrogatio fœminæ nisi ex nostro rescripto nunquam procedit. S. 5. Id. Februar. CC. CONSS.

De emancipatione.

9. Iidem AA. & CC. Marino.

ADoptatum [38], licet ex beneficio nostro, emancipatione [39] solenni separare a familia sua pater adoptivus minime prohibetur.

Qui possint adoptare, 5. vel arrogare,

10. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

CUm in adoptivis filiis, qui filiifamilias constituti, a patribus naturalibus aliis in adoptionem dantur, antiquæ sapientiæ incidit quædam dubitatio; si oporteret talem filium, qui præteritus a naturali patre fuerat, habere contra ejus testamentum de inofficioso actionem (quam Papinianus [40] quidem negat, Paulus autem line effectu derelinquit, Martianus vero distinguit, ne ex hac causa utriusque patris perderet successionem, naturalis quidem, voluntate ejus circumventus, adoptivi propter egestatem quam forte habebat) & iterum aliud vitium erat exortum: si enim post patris naturalis obitum pater adoptivus per emancipationis modum jus adoptionis dissolvisset, nulla spes ei remanebat: neque [enim] contra patris naturalis voluntatem, quia mortis ejus tempore in aliena fuerat familia constitutus: neque contra adoptivum patrem: (quia per emancipationem ejus familia exemptus est) ideo talem dubitationem [resecantes,] & tale vitium corrigentes, sancimus [41] per adoptionem quidem ad extraneam personam factam, jura naturalis patris minime dissolvi, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Cum enim tanta fragilitas [42] est adoptionis, ut possit in ipso die, & filius fieri, & extraneus per emancipationem inveniri: quis patiatur jura patris naturalis nexu divino [43] copulata, ludibrio defraudari? Cum in hoc casu & contradicendi filio [44] ex jure veteri detur licentia, & invitus [45] transire ad aliam non cogitur familiam. Omnia igitur (secundum quod jam disposuimus, cum ad extraneum patrem filius per adoptionem transfertur) maneant integra jura, sive ad [46] inofficiosi querelam, sive ad alias omnes successiones, sive ab intestato, sive ex testamento, quæ liberis deferuntur; ut ipse possit & prodesse [47] patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si vero pater naturalis avo materno [48] filii sui, vel si ipse fuerit emancipatus, [etiam] avo paterno, vel proavo simili modo paterno, vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia in unam personam concurrunt & naturalia, & adoptionis jura, maneat ifabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo constrictum: & ad eum solum reliciatur filius, cui eum & natura aggregavit, & lex per adoptionem allignavit: & Papiniani sententia in hac specie procedat, & ad eum tantummodo filius adoptivus spem totam extendat, & non [49] patris naturalis successionem molestare concedatur: sed avita & proavita tantummodo reverentia protegatur: eique acquirat quæ possunt acquiri & prodesse. Et is ei solus pater intelligatur, quem lex fecit, & natura non dereliquit. Neque enim Martiani distinctioni locum esse in hoc casu invenimus, ubi nullius circumventionis [50] suspicio potest aliquam sibi vindicare licentiam, avita & proavita affectione hæc omnia resecante: sed hæc omnia manere integra, nisi avus & proavus emancipatum fecerint filium adoptivum: tunc etenim necesse est iterum ad patrem naturalem eum reverti: cum emancipationis interventu adoptio in quacunque persona facta solvitur. §. 1. Sed ne articulum adoptionis in extraneam personam factæ sine lege relinquamus: licentiam damus tali adoptivo patri, id est, extraneo, si voluerit, nihil ei testamento suo relinquere, sed quidquid ei reliquerit hoc liberalitatis sit, [&] non legitimo vinculo adstrictum. Cum enim per omnia naturæ filiæ filium aggregaverimus: manifestissimum est, quod & acquisitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias pervenerint, fecundum leges nostras, non adoptivo extraneo patri, fed naturali [51] usque ad modum ususfructus perveniant, & permaneant in sacris [52] patris naturalis, quasi imaginaria [53] quadam & nova affectione ei acquisita, non priftino cognationis diminutione introducta. Sed si quidem remaneat in tali adoptione: nulla interveniente emancipatione, in hoc tantummodo prodesse ei volumus adoptionem, ut non successione ab intestato patris extranei adoptivi defraudetur, sed habeat accessionem fortunæ [ex patris naturalis sibi voluntate acquisitam]. Neque enim ex veteri jure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio dissolvebatur, sed accedebant jura adoptiva, certis reliquiis ex jure naturali remanentibus: & qui legitimus erat familiæ adoptivæ, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna [54] jura posset abolere, cum videbatur, & ex antiquo jure patrem quidem habere adoptivum, matrem autem eam, quam

1 *Denunciati*, Cujac. 19. *obs. ult.* autoritate. *l.* 1. 8. *pœna.* 4. *ff. de liber. agnosc.* Pœna sollicet mariti denunciati intelligitur, id est, cui facta est denunciatio: ut venditor denunciatus. *l.* 49. *ff. de judiciis.* 2 De agnoscendis liberis. 8. 13. *Inst. de act.* 3 De qua est tota *l.* 4. *ff. de liber. agnosc.* 4 Id est, super lacte depulso, exuberi, delalato, syringiato: quia non folebant ante trienium infantes nomina capcipi. vid. 2. *Macab.* 7. *ὅτε ἔθρεψεν με τὸν θηλασμὸν σὺν τρία.* & in lege Papia, apud Ulpian. 19. 8. 1. duo trimi, id est, super mamma depulsi. vide Cujac. *d. loco.* 5 *Petenti*, Cujac. *ibid.* ex quibusdam codicibus. 6 Favet libertatis. 7 *l.* 11. *in fin. ff. de lib. & posth.* 8 *l.* 6. *supr. h. t. l.* 12. *supr. de obsig.* vid. *l.* 1. *supr. de patrib. qui filios distr. l. ult. ff. qui res pign.* Paul. 5. *sent.* 1. 8. 1.
9 Dixi ad *L.* 1. *ff.* 7. 37. *Est.* 1. *περὶ εἰσθέτων καὶ εἰσθετημένων L.* 1. *Inst.* 11. adde *Novell.* 74. *c.* 3. Gojus 1. *Inst.* 5. Ulpianus 8. & 2. Harmen. 8. 10 Adopto est legis actio. 1. 4. *ff. h. t.* vide *l.* 1. *ff. de off. juridic. l.* 2. *ff. de off. proconf.* Confabar solennitate. 1. 4. *J. h. t. l.* 6. *supr. de suis & leg.* inde a Theoph. *νόμιμος πρᾶξις*: non tamen refertur inter actus legitimos. *l.* 77. *ff. de reg. jur.* utpote solemnibus adoptionis jam sublatis. 11 8. 3. *Inst. h. t.* 12 Hinc adoptio naturæ limititudo dicitur a Cujo 1. *Inst.* 5. 6. 1. 13 Quemadmodum fiat adrogatio. 14 Facit *l.* 17. 8. 1. *ff. h. t.* 15 Vide 8. 3. *Inst.* & *l.* 22. *ff. h. t.* 16 *l.* 17. *in fin. l.* 18. *ff. h. t.* 17 *Persona publica. d.* 8. 3. tabellioni, *l.* 4. *J. h. t.* 18 De adrogatione per populum vide Ulp. 8. 8. 2. & 3. Gojum 2. *Inst.* 3. 8. 4. & 5. Gell. 19. Goth. Adde Briffon. *lib.* 4. *select.* c. 20. S. 1. 19 Libertus arrogandi non potest. *l.* 8. *infr. h. t.* 5. Gell. 19. 20 Jullum arrogandi casum habent qui liberos non habent. *l.* 15. 8. 2. *l.* 17. 8. 3. *ff. h. t.* 21 In adoptione non sufficit tabulas & instrumenta intervenire, nisi judicis auctoritas intervenerit. 22 An testamento fieri possit. Velleius Patercolus *lib.* 2. vide Cujac. 7. *observ.* 7. 23 Dixi ad *L.* 2. 3. *h. t.* 24 Adoptio solennitatem exigit: non fit nisi solenniter: & quidem apud prætidem. adde 5. Gell. 19. vid. *l.* 1. *supr. h. t.* adde Revard. *c.* 6. *de auctoritate prætorum.* 25 Mulieres non adoptant. 8. 10. *Inst. h. t.* Ulpian. 8. 8. 9. 1. Gaj. 1. 8. 3. & 5. Gell. 19. *l.* 29. 8. 3. *ff. de inoff. teftam. l.* 8. *supr. de præscript. longi temp.* 4. Harm. 8. & 33. *Eel.* 1. *cap.* 46. 26 Ratio cur fœminæ non adoptent neglecta Leonis *Nov.* 27. 27 Exceptio. 28 Ex *Nov. Leon.* 27. licet mulieribus adoptare, etiamsi filia nemo folvitur patria potestate. *l.* 3. *J. de castrensi peculio*: 8. 4. *Inst. quib. mod. ius patr. potest. ult.* 42 Liberti filios in potestate habere possunt. *l.* 7. *supr. de suis & legit. l.* 2. 8. *de serv. rustic.* 43 Id eft, *abdicatio. l.* 6. 8. 6. 1. ut plerique interpretantur, sed male. 44 Plancianum scilicet & aliud quod factum est Adriani temporibus. *l.* 2. 8. 1. *ff. de agnosc. & alend. liber.*

natura cognoscit? Et ideo sancimus, etsi habeat hujusmodi filius jura integra naturæ, attamen si intestatus pater [extraneus] adoptivus decesserit, habere eum etiam sui heredis jus ad ejus tantummodo successionem: ut non etiam legitima jura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam familiam inveniatur. §. 2. Sin autem per emancipationem jura adoptiva fuerint dissoluta, tunc nullus ei penitus regressus ad adoptivum extraneum patrem, etsi moriatur intestatus [1], relinquatur: sed maneat tantummodo patrem naturalem cognoscens, tanquam non fuisset ab initio in adoptionem translatus. §. 3. Quæ autem de aliis adoptivis diximus, hæc sancimus etiam de his, qui ex Sabiniano senatusconsulto [2] ex tribus [3] maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos, & eos inducenda. §. 4. Quæ in filio diximus in adoptionem a patre dato, hæc & in filia [4], & in nepote, [&] nepte, & deinceps personis utriusque sexus in sacris patris constitutis extendimus: si tamen tempore mortis avi fui parentes eos, vel eas non antecedant: si enim patres eos antecedant: (ubi nec imponitur necessitas avo aliquid nepoti, vel nepti relinquere) maneant omnia jura adoptiva [ei] intacta. Hæc enim omnis sanctio de filio & filia, de nepote, & nepte, & deinceps personis in sacris constitutis introducta est, ubi dubitabatur, quid statuendum esset, quasi duobus patribus ei, uno ex natura, & altero ex lege, impositis. §. 5. Ubi autem homo sui juris constitutus *per arrogationem* [5], ex Augusta liberalitate sese dederit in adoptionem, tunc omnia jura patris adoptivi habeat intacta. Cum enim nullum inter patres inducitur discrimen, fit suus heres adoptivus patri arrogatori, & familiæ ejus aggregetur: & omnia, quæ ad filium arrogatum veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibataque in eorum personis reserventur. Dat. Kal. Sept. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Quomodo fit adoptio.

11. Idem A. Juliano P. P.

VEteres circuitus in adoptionibus quæ per tres emancipationes [6] & duas [7] manumissiones in filiis, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri solebant, corrigentes sive tollentes, censemus licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine vetere [8] observatione emancipationum & manumissionum hoc ipsum actis [9] intervenientibus [10] apud competentem Judicem manifestare, præsente [11] eo, qui adoptatur, & non contradicente [12], nec non eo, qui eum adoptat. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLIX.

DE EMANCIPATIONIBUS [13] LIBERORUM.

Habens jurisdictionem a lege municipali, potest illam exercere etiam inter non subditos consentientes: & valet apud omnes. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herennio.

SI lex [14] municipii, in quo te pater emancipavit, potestatem Duumviris dedit, *Ut etiam alienigenæ* [15] *liberos suos emancipare possint*: id, quod a patre factum est, suam obtinet firmitatem. PP. 3. Non. Decemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

2. Iidem AA. & CC. Gennadiæ.

IN emancipationibus liberorum, nec non donationibus [16] non tam scriptura [17], quam veritas considerari solet. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

In emancipatione non requiritur causa, sed judicis auctoritas. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

NOn [18] nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solenni [19], vel casu [20] liberantur: nec causæ [21], quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solennitas quæritur. S. 15. Kalend. Octob. AA. CONSS.

Invitus quis non liberat filium, vel nepotem sua potestate. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Coloniæ.

NEc avus neptem suam liberare potestate cogitur [22], nec [23] in cujus quam injuriam beneficia tribuere moris est nostri. Dat. Id. Octobr.

Per rescriptum principis judici apud acta intimatum, possunt parentes eorum liberos emancipare: accedente antea, vel postea eorum voluntate, nisi fuerint infantes, quorum consensus non requiritur. Salic.

5. Imp. ANASTASIUS [24] Constantino P. P.

JUbemus licere parentibus, id est, patri, avo paterno [seu] proavo, cæterisque ulterius per masculini sexus personas continua generis serie conjunctis, si liberos, quos habent in potestate propria, id est, filium vel filiam, nepotem seu neptem ex filio, pronepotem seu proneptem, cæterosque itidem per masculini sexus personas continua generis linea sibi conjunctos, per emancipationem, vel absentes, & peregre degentes, vel in iisdem locis seu regionibus, vel civitatibus commorantes, in judicio vero non præsentes, juris sui constituere maluerint: supplicationibus [25] porrectis mereri super hoc divinum oraculum: hocque apud competentem judicem, ad [26] cujus jurisdictionem actus emancipationis pertinet, insinuare [27], superque precibus a [28] semet oblatis apud eum deponere: ut hoc subsecuto, & auctoritate præcedente principali, plenissimum robur emancipatio [29] sortiatur: & personæ, in quas talis liberalitas collata sit, de aliena potestate quasi a parentibus ex emancipatione manumissæ liberentur: si tamen ipsæ nihilominus sub gestorum [30] testificatione, vel apud eundem judicem, vel apud alium quemlibet proposito parentum suam etiam voluntatem consonare [31] vel ante preces oblatas, & sacros apices promulgatos, vel postea deposuerunt, nisi infantes [32] sint, qui & sine consensu etiam hoc modo sui juris efficiuntur. Dat. 2. Kalend. Aug. *Constantinop.* PROBO, & AVIENO Jun. CONSS. 503.

Vana observatione sublata, emancipationes possunt fieri coram judicibus competentibus, & emancipatis potest etiam donari: & per emancipationem non solvuntur jura agnationis. Bald.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm inspeximus in emancipationibus *vanam observationem cassitii, & venditiones* [33] *in liberas personas figuratas* [34] *& circumductiones* [35] *inextricabiles & injuriosa rhapismata* [36], quorum nullos rationabilis invenitur exitus: jubemus hujusmodi circuitu in posterum quiescente, licentiam ei esse, qui emancipare vult, vel ex lege Anastiana [37] hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis [38] judicis tribunal, vel eos adire magistratus, quibus [39] hoc facere, vel legibus, vel ex longa [40] consuetudine permissum est: & filios suos, vel filias, nepotes, vel neptes, vel deinceps progeniem in potestate sua constitutam, a fua manu dimittere: & legitima [41] jura omnimodo

1 §. 10. *Instit. de hered. qua ab intestat.* 2 Ex Sabinianorum sententia. Revardus *c. 6. de auctoritate prudent. in fin.* 3 §. 14. *versic. testam. Inst. de hered. qua ab intest.* 4 *L. ult. in fin. ff. de decurionib.* ἐξ τρίτου βαθμοῦ, Theophil. *d. §.* 14. tribus manibus, Alciat. 4. *parerg.* quod de patris naturalis manu in fiduciariam manum traderetur, qui deinde in manibus & potestatem adoptivi daretur. Tribus mancipationibus. Revard. *cap. 6. de auth. prudentium in fin.* errore ut putat, creato ex hujusmodi notis, TRIB. MA. utique male. Pejor est his interpretatio Accursii divinantis, Tres parentes inter se certare de filio in adoptionem dando, vel de aliquo adoptando. Commodius est nihil hic mutare & ita legi, *Trinus mariti*, ut hic agatur de ejus privilegio, qui tres mares filios susceperit. *l. 122. Cod. Theod. de decurionib.* Eratque hoc jus parentis habentis tres mares liberos, ut uni dato senatui, curiæ liberatio contingeret. *d. l. ult.* uni in adoptione dato quarta omnium bonorum adoptatoris ex SC. Sabiniano deferretur: sicut impuberi arrogato ex constitutione Antonini. vid. Cujac. *ad d. l. ult.* 4 De filia, nepote, nepte. 5 De arrogato. 6 Id est, venditiones. Nam emancipare est vendere. §. 1. *Instit. de testament. ord.* S. Valer. 6. adde §. 6. *Instit. quib. mod. jus patr. potest.* l. 3. *ff. de captiv. postlim. Novell.* 81. *l. ult. infr. prox. tit.* Goth. Ad hanc l. vide A. Gell. *Noct. Attt. lib.* 5. *c.* 19. & Vacon. *lib.* 1. *declarat.* 16. S. L. 7 Fiduciarias trina emancipatione duobus manumissionibus, cæteri una emancipatione adoptabantur. vid. Ulp. 10. §. 1. 8 Vetus observatio emancipationum & manumissionum sublata.

9 De formulis adoptionis & adrogationis, vid. apud Gell. 5. *cap.* 19. Vopiscum *in Aurelian.* 10 In adoptione requiruntur actæ, requiritur scriptura, *ut hic*, ut & in emancipatione. *l. 2. infr. tit. prox.* 11 *l.* 24. 25. *ff. h. t.* 12 *l.* 10. *supr. h. t. l.* 5. *ff. o. t.* vid. Ulp. 10. Festum *in emancipatio.*

13 *l.* 9. *supr. tit. prox.* dixi ad *L.* 1. *ff.* 6. adde 1. Harm. 17. περὶ διαλύσεως ὑποξυσίτητος. *L.* 1. *Inst.* 12. §. 6. *Novell.* 81. 1. Gai. 6. Paul. 2. *sent.* 25. Ulpian. 10. §. 1. *l.* 5. *supr. de dolo. Novell. Leon.* 25. 14 Hinc colligunt, quiescunque municipii leges ut illum territorium restringi; actus civiles ex eo quo geruntur loco vires capere, non futuro. Jus contractuum & testamentorum ex regione in qua fiunt, æstimari. vid. Hotom. 2. *cons.* 2. Sed & illud consuetudine ea præscribi, quæ tum jurisdictionis. Cyrus *in Anthus. Bart. in l. 1. ff. de aqua pluvia.* Quid si jus id de quo agitur, ex eorum numero sit, qua principi reservata sint? Quid si jus sit quod vel supremæ potestatis, vel inter regalia refertur, aut meri imperii sit? Id generis jura consuetudine præscribi non posse nocent. *arg. l. constanti. l. ult. supr. de præscr.* 30. vel 40. ann. vid. Socin. *reg.* 307. 15 Jurisdictionem habens ex lege municipali, potest eam exercere etiam inter non subditos consentientes. *Salic.* 16 Donationes fiebant a patre filio emancipato, ut vitam suam tolleret, id est, ut se alteret. *l. ult. l. h. t. l. ult. C. Theod. de revocand. donat. l.* 8. *infr. de bon. proscr. Nov. Leon.* 25. 17 Scriptura in emancipationibus exigitur, *ut hic*, *l.* 5. *l. h. t.* v. Guliel. Onciacum 1. 9. 64. quod remittere videtur *Nov. Leon.* 25. ut & in adoptione. *l. ult.* §. 11. *prox.* in nuptiis senatorum. *Nov.* 74. *c.* 4. in mutuo emendæ militiæ. *Nov.* 97. *c.* 4. in prærogativa hypothecæ postulanda. *Nov.* 136. *c.* 3. *vers. neque enim.* in arbitraria probatione. *l.* 4. §. 5. §. *de receptis arbitris.* contestatione non numeratæ pecuniæ. *l.* 4. §. 4. §. *de non num. pecun. Novell.* 100. *c.* 1. his adde quæ scripsi ad *l.* 17. §. *de pact.* 18 EX *Novell. Leon.* 25. *in fin.* nudo consensu perficitur adoptio, veluti si pater patiatur filium feorsim vivere resque suas gerere: quamvis nondum ad ætatem nuptiis, vel matrimonio aptam perveneri: hujus conditionis meminit Harmen. 1. *tit.* 7. In Gallia, filii per matrimonium emancipantur, aut ætate 25. annor. Boër. *decis.* 197. negotiatione a patre separata, dignitate, furore patris, aut ejusdem contestatione simplici apud judicem, & ita sex modis solvuntur apud Gallos liberi patria potestate. v. Pap. 3. *Not.* 10. *tit. des lettres Incidentes en civil.* 19 De quo vid. *l. ult. l. h. t.* 20 Id est, morte. *Instit. quib. mod. jus patr. pot. in fr.* deportatione. §. 1. *d. tit.* 21 Invitus justa de causa emancipari potest. 22 Inviti parentes non coguntur emancipare liberos. *l.* 31. *ff. de adopt. l.* 92. *ff. de cond. & dem. l. ult. ff. si quis a par. man. l. pen. ff. unde liberi.* §. *ult. Inst. quib. mod. jus patr.* Cic. *pro Cluentio.* excipe casum *l.* 6. *ff. de spectac. lib.* 11. *tit.* 40. *l.* 12. *supr.*

de episc. aud. fallit & hoc, si justa emancipationis subsit causa. Bart. *in l. quidam cum filium.* 132. *ff. de verb. obligat.* potest & invitus filius emancipari malos ob mores, ut ne deinceps ejus nomine pater teneatur, quod plerunque statuto fieri posset. vide Socin. *reg.* 138. 23 Vid. *l.* 3. §. *unde vi.* 24 *l.* 11. §. *de legit. heredit.* dixi ad *l.* 18. *supr. de inoff.* 25 Emancipatus rescripto principis, reservato jure legitimarum hereditatum, vocatur ad legitimam hereditatem patris cum fratribus in familia retentis, hoc genus emancipatis ex *imperiali rescripto* appellant in *l.* 6. *Instit. quib. mod. jus pat.* adde Roland. à Valle. 1. *consil. num.* 4. 26 Emancipatio non apud quemcunque judicem expediri potest. 27 Insinare. vid. *l.* 2. 8. *h. t.* 28 Per procuratorem emancipatio non potest fieri, *ut hic*, ut & adoptio & adrogatio. *l. neque ætiam.* 24. *l. post mortem.* 25. *ff. de adopt.* Impetratio venire ætatis. *l. omnes.* 3. *de his, qui veniam ætatis impetrarunt*, manumissi. *l. ne mulier.* em. 3. *supr. de man. vind.* compaternitas, ut loquitur, Spiritualis, Bart. *in l. Gaius.* 29. *ff. de liber. & postlib. l. executore.* 15. *l. de exsul.* tut. licet per procuratorem nulla fieri legitimatio liberorum. Bart. *ibid.* desponsatio. *l. ult. ff. de sponsalib. c. ult. de procur. in* 6. revocatio in servitutem. *l. per procuratorem.* 4. *ff. de obsequiis. l. sed & ita.* 35. §. 1. *ff. de proc.* Cur manumissio per procuratorem recte non fit, at in servitutem revocari; qui manumisit, reapse dominus esse debet. *l. ff pater.* 4. *ff. de manumiss. vind.* At per epistolam recte manumittimus ut & per nuncium. *Instit. de libertin.* §. 1. Nam quæ per epistolam fiunt, ea recte per nuncium expediri posse dixi. *l.* 1. §. 2. *ff. de constr. empt.* Epistolæ vel nuncio cum manumisit dominus, ipse manumittit: cum per procuratorem, ipse procurator: hic enim negotium in suam ipsius personam concipit, non ille. *l. qui autem.* 14. §. 3. *ff. de pecunia constituta.* At per procuratorem in servitutem revocari servus potest. *ut hic. dictum est?* hoc tuto fieri permissum est, quod in adquirendo servo jus magis competit domino quam in alienando. Quidam tamen putant hoc inductum, quod in manumissione servitutem revocando pecuniariam commodum verseatur. 29 Hoc interpres ad legitimationem transferunt: volunt enim ad emancipationem ad legitimationem valere argumentum. vid. Rolland. a Valle *d. loco.* 30 Dixi ad *l.* 2. *supr. h. t.* 31 Invito filio non datur libertas. *Novell.* 89. *cap.* 11. Paul. 2. *sent.* 25. datur servo invito. dixi ad *l. supr. de necessar. servis.* 32 Infans consensum non habet. 33 Olim fiebat manumissio quinque testibus præsentibus & libripende flatcram & æreum nummum ferente. Et filius ita reverfus a parente impune posset occidi, videlicet si manus impias ei intulerit. medio aliquo intercedente, medio illi filius a patre mancipabatur, ut ei venderet. Postin vicem pretii nummus ab empore tradebatur. Filius ita emptus emptori quasi servus erat, fed tamen mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumissio tacito pacto transfugæ postliminium non habent. *l.* 9. §. 4. *ff. h. t. βλάπτ* (hi etiam postliminio reddeunt. Est. in Postliminio, *l.* 8. *l. h. t.*) τὸ ἐξ ἐλευθέρου τε περὶ οἰκουμένου αὐτὸν καὶ περὶ αὐλοῦ (huc pertinet *l. 1. l. h. t.*) αὐτὸν τε (ἐκδιδὰν) huc pertinet *lex* 3. 4. *l. h. t.* Elt & titulus *ff. de captivis & de postliminiis, & rescissis ab hostibus L.* 49. *D.* 15. §. 1. 2. 6. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 20. adde & traditis ab hostibus. *l.* 5. *l. h. t.* liberatis virtute militum. *l.* 12. *l. h. t.* 9 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus reversis liber intelligitur, *ut hic.* ex *Novell. Leonis* 36. five non revertantur parentes, five unus tantum revertatur, liber intelligitur & heres parentum. 10 Imo sufficit, ut unus redierit. *l.* 16. §. 1. *ff. de captivis.* 11 Quæ capta non est, postliminium non habet. *l.* 9. *ff. h. t.* 12 *l.* 16. *l. h. t.* 13 Qui pace, vel postliminio non habet. *l.* 9. *ff. h. t.* 14 Sic lege Francica in hostem banuitus, hoc est ad delictum vocatus & in venientio contumax, plenum *heribannum*, hoc est, 60. solidos persolvere cogebatur: si eam summam solvere non poterat, femetipsum pro *wadio*, hoc eft, pignore in servitium principis tradebat, donec tandem eam summam persolvisset. Quod si is homo in tali fervitio moriebatur, hereditatem defuncti non admittebat, fed nec libertatem, nec denique ipsi bano habet obnoxium. *a. legum Francicarum, c.* 71. *de libero homine in hostem homulo.* 15 Redemptus non eft fervus redimentis, fed pignoris eft tantum loco, donec redimatur. vid. *l.* 15.

habere, etsi [1] non specialiter hoc sibi servaverit: & peculium donare, vel alias res liberalitatis [2] titulo in eos transferre: & eas res, quæ acquiri indignantur, per usumfructum secundum nostræ constitutionis modum detinere, & omnia facere: vana tantummodo (secundum quod jam dictum est) observatione [3] sublata. Dat. Kalend. Novembr. *Constantinopol.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. L.

DE INGRATIS [4] LIBERIS.

Filius emancipatus propter ingratitudinem reducitur in patriam potestatem. Bald.

Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Prætextatum P. P.

FIlios [5] [& filias, cæterosque liberos] contumaces, qui parentes, vel acerbitate convicii, vel cujuscunque atrocis injuriæ dolore pulsassent, leges [6] emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Dat. 12. Kalend. Septemb. *Mediolani*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

TIT. LI.

DE POSTLIMINIO [7] REVERSIS ET REDEMPTIS [8] AB HOSTIBUS.

Conceptus in captivitate patris & matris, revertens cum patre & matre, sequitur patris originem. Bald.

De natis ex duobus captivis.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Ovinio.

EX duobus [9] captivis Sarmatia nata patris originem ita fecuta videtur, si [10] ambo parentes in civitatem nostram rediissent. Quamquam enim jure proprio postliminium habere non possit, quæ [11] capta non est, tamen parentum restitutio reddet patri filiam: qui cum ab hostibus interfectus sit, matris [12] duntaxat conditionem, quæ secum filiam duxit, videtur necessario secuta: nam fictio legis Corneliæ, quæ legitimos apud hostes defuncto constituit heredes: ad eam, quæ illic suscepta est, non pertinet: cum eo tempore, quo captus est, diem suum pater obiisse existimetur. PP. sine die & consule.

De redemptis ab hostibus.

2. Imp. GORDIAN. A. Publiciano.

AB [13] hostibus redempti [14], quoad exolvatur pretium, [magis] in causam pignoris [15] constituti, quam [16] in servilem conditionem esse detrusi videntur: & ideo si nummi eo nomine expensi donatio [17] intercedat, pristinæ conditioni eos reddi manifestum est. † Proinde si ab hostibus redemptam, post dissolutum veluti naturalis [18] pignoris vinculum habere in [19] matrimonio [20] cœpisti: nil est quod de statu ejus, seu liberorum communium debeas pertimescere. PP. Id. Jun. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De curatore dando.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Varo.

CUm cognatos tuos nondum postliminio regressos affirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, & bona eorum fraudibus diversæ partis diffugari: interpellatus Rector provinciæ providebit [21] eum sub observatione [consueta] constituere, qui stipulante fervo publico fatis idonee dederit. PP. 5. Kal. Sept. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO CONSS. 287.

De hereditate.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni, & aliis.

NEc nos præteriit, hereditatem [22] ejus, quam incognitum erat ab hostibus interfectam, an captam esse, a filio adiri non potuisse, quoniam eorum bona, qui in hostium potestatem rediguntur, eo demum tempore successionis [23] jure acquiri possunt, cum captos apud hostes mortuos esse cognoscitur. Nec super facultatibus ejus, cujus [24] incerta vita ac fortuna fuit, transigi [25] vel judicari [26] potuit. Unde postea quam apud hostes materteram vestram fati munus impleste innotuit: tunc vobis licentia permittitur agnoscendæ per bonorum possessionem [27] successionis, non officientibus enim [his] quæ perperam gesta sunt, si priorem gradum obtinetis, successionis competendum [28] ad vos pertinet. PP. 5. Kalend. Jun. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

1 *L* 17. *supr. de collationib.* 2 Vid. quæ notavi ad *l.* 2. *supr. h. t. l.* 1. §. 2. *ff. si quis a par. manumiss.* 3 Brevem manumittendi formulam exprimit Harm. 1. *tit.* 7. ὅτι τοῦ δε τοῦ αὐτεξουσίου (Theophilus in §. διαλύει, *Instit. quib. mod. jus patr. potest. dictum est?* hoc tuto fieri permissum est, quod in adquirendo servo jus magis competit domino quam in alienando. Quidam tamen putant hoc inductum, quod in manumissione servitutem revocando pecuniariam commodum verseatur. 29 Hoc interpres ad legitimationem transferunt: volunt enim ad emancipationem ad legitimationem valere argumentum. vid. Rolland. a Valle *d. loco.* 30 Dixi ad *l.* 2. *supr. h. t.* 31 Invito filio non datur libertas. *Novell.* 89. *cap.* 11. Paul. 2. *sent.* 25. datur servo invito. dixi ad *l. supr. de necessar. servis.* 32 Infans consensum non habet. 33 Olim fiebat manumissio quinque testibus præsentibus & libripende flatcram & æreum nummum ferente. Et filius ita reverfus a parente impune posset occidi, videlicet si manus impias ei intulerit. medio aliquo intercedente, medio illi filius a patre mancipabatur, ut ei venderet. Postin vicem pretii nummus ab empore tradebatur. Filius ita emptus emptori quasi servus erat, fed tamen mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumissio tacito pacto transfugæ postliminium non habent. *l.* 9. §. 4. *ff. h. t.* βλάπτ (hi etiam postliminio reddeunt. Est. in Postliminio, *l.* 8. *l. h. t.*) τὸ ἐξ ἐλευθέρου τε περὶ οἰκουμένου αὐτὸν καὶ περὶ αὐλοῦ (huc pertinet *l. 1. l. h. t.*) αὐτὸν τε (ἐκδιδὰν) huc pertinet *lex* 3. 4. *l. h. t.* Elt & titulus *ff. de captivis & de postliminiis, & rescissis ab hostibus L.* 49. *D.* 15. §. 1. 2. 6. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 20. adde & traditis ab hostibus. *l.* 5. *l. h. t.* liberatis virtute militum. *l.* 12. *l. h. t.* 9 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus reversis liber intelligitur, *ut hic.* ex *Novell. Leonis* 36. five non revertantur parentes, five unus tantum revertatur, liber intelligitur & heres parentum. 10 Imo sufficit, ut unus redierit. *l.* 16. §. 1. *ff. de captivis.* 11 Quæ capta non est, postliminium non habet. *l.* 9. *ff. h. t.* 12 *l.* 16. *l. h. t.* 13 Qui pace, vel postliminio non habet. *l.* 9. *ff. h. t.* 14 Sic lege Francica in hostem banuitus, hoc est ad delictum vocatus & in venientio contumax, plenum *heribannum*, hoc est, 60. solidos persolvere cogebatur: si eam summam solvere non poterat, femetipsum pro *wadio*, hoc eft, pignore in servitium principis tradebat, donec tandem eam summam persolvisset. Quod si is homo in tali fervitio moriebatur, hereditatem defuncti non admittebat, fed nec libertatem, nec denique ipsi bano habet obnoxium. *a. legum Francicarum, c.* 71. *de libero homine in hostem homulo.* 15 Redemptus non eft fervus redimentis, fed pignoris eft tantum loco, donec redimatur. vid. *l.* 15.

De tradito a Barbaris.

5. Iidem AA. & CC. Ursæ.

CUm non redemptum ab hostibus filium tuum, sed fine [ullo] contractu [29] traditum [30] a Barbaris Præfecto [31] legionis dicas, postliminii jus locum habuit: & illico ingenuitati suæ reddi eum Præses provinciæ jubebit. PP. 16. Kal. Jun. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De redemptis ab hostibus.

6. Iidem AA. & CC. Justo.

CUm & postliminii jus, & communis [32] utilitatis ratio exigat, ut si qui captos ab hostibus redemerint, accepto [33] pretio redemptos suæ ingenuitati restituant: proponasque redemptorem tuum noluisse [34] oblatum pretium a te, vel ab alio recipere: Præses provinciæ efficaci instantia compellet eum legibus obtemperare, & perpecto eo, quod pretii nomine dependitur, status securitatem [35] non inquietare. PP. Kalend. Februar. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

De puella redempta, & prostituta.

7. Iidem AA. & CC. Claudio.

FOediffimæ mulieris nequitia permovemur. Cum igitur filiam tuam ab hostibus captam, ac prostitutam [36] ab ea, quæ eam redemerat, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac fervandam natalium honestatem ad te confugisse [37] proponas: Præses provinciæ, si filiæ tuæ supradictam injuriam ab ea, quæ sciebat ingenuam esse, inflictam cognoverit: cum hujuscemodi persona indigna fit pretium recipere, propter odium [38] detestabilis quæstus [39]: etiamsi pretium compensatum non est, ex necessitate miserabili custodita ingenuitate natæ tuæ adversus flagitiosæ mulieris turpitudinem tutam eam, defensamque præstabit. PP. 3. Non. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De natis ex redempta.

8. Iidem AA. & CC. Matronæ.

PRæses provinciæ, ne ulterius in servitutis jugo detinearis, curæ habebit, qui pro solertia sua parum ignorat filiorum tuorum statum tueri, quos posteaquam [40] redempta es, enixam te esse significas: cum eos, qui post redemptionem natfcuntur, ne pignoris [41] quidem vinculo ob pretium, quod pro his datum non est, teneri, nullis auctoribus visum est. PP. 5. Id. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

An filius reversus succedat patri.

9. Iidem AA. & CC. Gregorio.

CAptum ab hostibus filium, patre mortuo medio tempore lex Cornelia reversum [42], si in potestate patris tempore, quo capiebatur, fuit, suum facit heredem: unde live ex testamento [43] ad te, five [ab] intestato [44] successionem patris tui pertinere apud præsidem provinciæ probaveris: restitui tibi res hereditarias jubebit, si non tantum, postquam reversus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere faciat. PP. 5. Id. April. AA. CONSS.

De servo reverso ab hostibus.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

SIcut liberis captis ab hostibus, ac postliminio reversis status prisinus restituitur, sic servi [45] domino. Unde, si hæc cujus memisiti, ancilla patris tui fuit, nec commercio redempta [46] est: reversa dominum, vel ejus fequitur successorem, qui per captivitatem hanc amiserat. S. 3. Kal. Maji, *Hadrianopoli*, AA. CONSS.

De redempto, & gratis dimisso.

11. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI liberum captum te ab hostibus commercio [47] redemit Sabinus, & eum vinculum pignoris [48] superstitem remisisse [49] tibi probetur: non libertas effectus, sed ingenuitati, quam amiseras, restitutus, nullum filiis ejus obsequium debes. S. 15. Kal. Jan. AA. CONSS.

De liberatis virtute militum.

12. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hostibus capti, non commercio [50] redempti, sed virtute [51] militum nostrorum liberati, illico statum, quem captivitatis casu amiserant, recipiet: fervi [52] autem dominis suis restituentur.

1 *L* 17. *supr. de collationib.* 2 Vid. quæ notavi ad *l.* 2. *supr. h. t. l.* 1. §. 2. *ff. si quis a par. manumiss.* 3 Brevem manumittendi formulam exprimit Harm. 1. *tit.* 7. ὅτι τοῦ δε τοῦ αὐτεξουσίου (Theophilus in §. διαλύει, *Instit. quib. mod. jus patr. potest. dictum est?* hoc tuto fieri permissum est, quod in adquirendo servo jus magis competit domino quam in alienando. Quidam tamen putant hoc inductum, quod in manumissione servitutem revocando pecuniariam commodum verseatur. 29 Hoc interpres ad legitimationem transferunt: volunt enim ad emancipationem ad legitimationem valere argumentum. vid. Rolland. a Valle *d. loco.* 30 Dixi ad *l.* 2. *supr. h. t.* 31 Invito filio non datur libertas. *Novell.* 89. *cap.* 11. Paul. 2. *sent.* 25. datur servo invito. dixi ad *l. supr. de necessar. servis.* 32 Infans consensum non habet. 33 Olim fiebat manumissio quinque testibus præsentibus & libripende flatcram & æreum nummum ferente. Et filius ita reverfus a parente impune posset occidi, videlicet si manus impias ei intulerit. medio aliquo intercedente, medio illi filius a patre mancipabatur, ut ei venderet. Postin vicem pretii nummus ab empore tradebatur. Filius ita emptus emptori quasi servus erat, fed tamen mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumissio tacito pacto transfugæ postliminium non habent. *l.* 9. §. 4. *ff. h. t.* βλάπτ (hi etiam postliminio reddeunt. Est. in Postliminio, *l.* 8. *l. h. t.*) τὸ ἐξ ἐλευθέρου τε περὶ οἰκουμένου αὐτὸν καὶ περὶ αὐλοῦ (huc pertinet *l. 1. l. h. t.*) αὐτὸν τε (ἐκδιδὰν) huc pertinet *lex* 3. 4. *l. h. t.* Elt & titulus *ff. de captivis & de postliminiis, & rescissis ab hostibus L.* 49. *D.* 15. §. 1. 2. 6. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 20. adde & traditis ab hostibus. *l.* 5. *l. h. t.* liberatis virtute militum. *l.* 12. *l. h. t.* 9 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus reversis liber intelligitur, *ut hic.* ex *Novell. Leonis* 36. five non revertantur parentes, five unus tantum revertatur, liber intelligitur & heres parentum. 10 Imo sufficit, ut unus redierit. *l.* 16. §. 1. *ff. de captivis.* 11 Quæ capta non est, postliminium non habet. *l.* 9. *ff. h. t.* 12 *l.* 16. *l. h. t.* 13 Qui pace, vel postliminio non habet. *l.* 9. *ff. h. t.* 14 Sic lege Francica in hostem banuitus, hoc est ad delictum vocatus & in venientio contumax, plenum *heribannum*, hoc est, 60. solidos persolvere cogebatur: si eam summam solvere non poterat, femetipsum pro *wadio*, hoc eft, pignore in servitium principis tradebat, donec tandem eam summam persolvisset. Quod si is homo in tali fervitio moriebatur, hereditatem defuncti non admittebat, fed nec libertatem, nec denique ipsi bano habet obnoxium. *a. legum Francicarum, c.* 71. *de libero homine in hostem homulo.* 15 Redemptus non eft fervus redimentis, fed pignoris eft tantum loco, donec redimatur. vid. *l.* 15.